



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

XI. Iac. Sadoletvs Episc. Carpent. Franc. Turnonio S.R.E. Cardinali, S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

lari potest oportere. Siquidem illi fructus veriores liberali-  
tati tuae tibi in eo proposito esse sciunt: tibi honori plus splen-  
dore affert, quam ipse honos tibi. Sed de his, quae longiorem  
multo postulant orationem, tantum in praesentia dictum sit. Il-  
li, quod mei privati in te est officij, ingenue aperteque confite-  
or, me tibi maximo tuo merito valde esse obligatum. Recor-  
dor enim cum ego essem absens, ac hominum linguosissimum  
sevolentissimum iniuria meae fortuna in graue iudiciorum  
discrimen esset vocate: te ita suscepisse meas partes & fauendo  
& iudicando, & praesens ipse meam causam commendando, ut  
nullum prioris officium praetermiseris, quod homini amico a  
patrono amplissimo posset tribui. Idque neque tu rogatus à me,  
neque illa mecum familiaritate coniunctus: ut eo plus benefi-  
cium tuum, & naturae tuae bonitas sua sponte propensa ad me be-  
neficio apparet. Quae si studia voluntatis tuae erga me,  
aut in memoria mea perpetuo non haerent, aut à me minoris  
curam dignum est estimarentur, hominem ipse me non putarem.  
Sua autem rursus illis à me referri arbitratur posse meritam gra-  
tiam: nimis ample ipse de me, & de meis facultatibus extulimam.  
Quae cum ita sint, & cum tua beneficia in me amplissima, e-  
go natura certe & voluntate gratissimus, opibus & fortuna tenuior  
sum, quam ut possit à me tuis benefactis & meritis officium par-  
tem merito à te, ut qua liberalitatis animique praesentia, me ti-  
bi ab initio deuincere voluisti: eadem nunc & bonitate, & libera-  
litate, animam meam flagrantem desiderio satisfaciendi tibi,  
gratiamque referendi, pro relata gratia accipias: meque tuum  
recomi & in tuorum numero impium habeas. Ego enim tibi  
pollicor ac spondeo, si eandem tu mihi benevolentiam beni-  
guamque praestiteris, quam ab initio ostendisti, meque se-  
mel susceptum in clientelam perpetuo complexus fueris, datum  
me operam, ut ne te huius de me iudicij, & tuae amicitiae erga mo-  
runtatis poeniteat. Vale. Carpentoracii.

## XI.

IAC. SADOLETUS EPISC. CARPENT.

Franc. Turnonio S. R. E. Cardinali, S. P. D.

CVATERSIMAS tuas accepi literas, quas Lugduno in Italia.  
Quotiens ad me dedisti: librumque Budaei nostri cum his v-  
na, cum ipsum mihi per se gratum, tum etiam gratiorem, quod  
reuehor ad te. Quamquam ne id ipsum quidem tati, quam quod  
illo modo, & cum illa diligentia ueniebat. Dedisti enim mihi a-  
moris in me tui insigne testimonium, cum tantam curam suscep-  
isti, ut operatum illud donum ad me perferretur. De quo tibi hoc

I s confite-

confirmo, duplicem me cepisse voluptatem, & quod materia digna est eruditae aures, & quod Regis nostri nomen talibus iam scriptis celebrari gaudeo. Budaeus vellem genere ipso orationis aliquanto esset lenior. Summum quidem illius ingenium, & incredibilem doctrinam, tum autem coniunctam his tot ornamentis innocentiam vitam, & probitatem, & dilexi semper, & admiratus sum. Sed mihi humanissime Turmoni, qui tam repente nobis te eripuisti, quaeso ad quod tempus te expectaturi sumus: omnino puto magnis te de rebus esse fuisse missum: tamen numeribus multa circumferuntur, quibus ego neque omnino fidem habeo, neque proflus derogo. Verum alia sunt, quae magis puto ad me pertinere: virgo enim dies & noctes opus illud, cuius tu partem in manibus habes: a qua te lectione abduci laboribus itinerum ac legationis, & plane suspicor, & parum tamen te iactare in eo facere duco. Tuus mihi honos, & tua dignitas cordi est: atque ut legatione prospere feliciterque perfuncta, quod tamen ipsum cum Christiana fidei & Reipublicae commodo coniunctum sit: cum omnium laude & gratia ad tuos te, & ad nos, qui maxime sumus tui, primo quoque tempore recipias. Vale, & nos, quod facis, ama. Carpent. XII. Calend. Febr. M.D.XXXIII.

## XII.

IACOB. SADOLET. EPISC. CARPENT.

*Antonio Puccio Cardinali S. P. D.*

CVm cognovissem ex literis meorum, Laurentium Puccinum patrum tuum, virum amplissima dignitate & omni virtutis gloria florentem, cessasse à rebus humanis, & in eius locum esse successum, qui eundem, quem ille, honoris & auctoritatis gradum obtineres: sanè & dolui animo vehementer, & latus sum. Nam & illius amissi, quem in parentis loco semper habuissem, desiderio commovebar: & tuae amplificatione dignitatis mirum in modum gaudebam. Qua in disceptatione doloris atque laticitiae aliquandiu cum fuisset: rationibus utrinque perpenis atque examinatis, tandem iudicavi equius esse multò, tibi & dignitati tuae gratulari, quam illius obitum decessionemque lugere: praesertim cum hoc à me erga te officium amicitiae vetus nostra requirat: illi autem nihil omnino mali contigerit, quod sit luctu & lamentatione dignum. Nam si vitam illam cogitamus beatam & immortalem, quae in caelo his qui cum fide & pietate hic vixerunt, post mortem à Deo est proposita: nihil omnino earum ferò, quibus illa comparatur, praetermisit Laurentius. Mitto nunc bonitatem, mitto liberalitatem, mitto innumerabiles ab eo, & prope infinitos assidue pro Republica susceptos labores, humanita-